

VIR AMPLISSIME EXCEL-
LENTISSIMEQUE,
FAVOR. PIE SANCTE. QVE
VENERANDE,

Quod post longas importunasque mo-
ras cursum publicorum tandem aliquan-
do ad me. peruenit elogium Engauianum,
ad TE, VIR EXCELLEN-
TIS-
SIME,
ea lege mitto, ut unum exemplum tibi
serues, alterum Bibliothecae Societatis
Latinae consecres. Volo enim, ut illud,
tamquam luculentissimum ^{non} inter mori-
tus erga linguam Latinam amoris
mei specimen apud posteros extet, do-
nec tantum temporis a Dea Vacuna
impetrauero ad elucubrandum aliud
opusculum Societatis nostrae Actis
inserendum. Quapropter etiam in
inscriptione usus sum Sodalis elogio.
Suscipe ergo serena explicataque
fronte hanc meam scriptiunculam,
et mihi porro ac semper faue. Scrib.
Giesae V. Kal. Febr. A. R. S. C1732. M.
~~XX~~ EXCELLEN-
TIS-
SIME TUI

cultor perpetuus
Tenichen